Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectanea Medica - Cod. Rastatt 71

[S.l.], [17. Jahrh.]

Iuramentum sacræ medicinæ candidati quod ego anno 1604 die 1. Augusti solenniter præstiti

urn:nbn:de:bsz:31-300684

Visual Library

Juramentum Sacræ Medicinæ Candidati
quod ego Anno 1604 die 1. Augusti solenniter præstiti.

DEUM TRINUM ET UNUM, Higyiæ & Pana-
ceæ parentem, in conspectu Amplissimorum Basileensis Acade-
miæ Procerum, testem advocas; Te huic urbi Regiæ, quæ
studijs tuis hospitium benigne concessit, huic Lyceo Palladio
quod institutionem liberalem præbuit, huic Ordini Asclepiadeo,
qui, ad supremum in arte gradum, fenestram tibi aperuit,
sic uti civem bonum, discipulum moratum, clientem decet
officiosum, pro tantis meritis, digna præmia, quantacunque,
ubicunque, pro virili persoluturum: Insignia Medica, ho-
dierno die semel suscepta, sacrorum nunquam iterandorum loco
habiturum. Neque vero potestate ornamenta conferen-
di, approbandive, quantum in te est, unquam abusurum:
In docenda faciendaque Medicina, rationem sensu, methodum
experientiâ confirmaturum, declaraturum:
Pacta, præmiaque avara, promissa superba fugiturum:
Pudicitiæ non minus, quam salutis, ægrorum adstantiumve ra-
tionem habiturum:
Magicis, superstitiosis, noxijs medicamentis, inuniversum inexplora-
tis, saltem in humano corpore, nec usurum, nec exoterico uni-
quam commonstraturum. Omnia denique artis opera, pietate
Christianâ, suscepturum, condituturum, perfecturum.
Hæc sincere et religiose observanti NUMEN in cognoscendo solertiam
in operando dexteritatem præstet et successum. Delinquenti vero
contraria eveniant omnia.

Academiæ Basileensis Notarius subscripsit.